UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm Christianarvm Memoria, Libri X

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. V. Quomodo genealogiam Iudaeorum deleverit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

Visual Library

cundum tempus à Magis exquiſitum, ut cum illis Dominum poſſet extinguere. Sed præmonitus ab angelo *Ioſeph*, puerum transfert in Ægyptum.

CAP. V.

Quomodo genealogiam Iudæorum deleverit.

PEr idem vero tempus ſummam Herodes tenens poteſtatem, cum ignobilis eſſet, invidens generoſitati Iudæorum, libros generationis eorum, qui deſcripti habebantur in archivis templi ſecretioribus, cum quibuſdam genealogiis alienigenarum, ut *Achior* ex Ammonitis, & *Ruth* ex Moabitis, incendi jubet. Quos aliqui ſtudioſi viri divino munere recolligentes, partim quia jam habebant domi deſcriptos, partim quia proſapiæ ſuæ ordinem memoriter tenebant, ad nos uſque perduxerunt; inter quos fuerunt quidam heriles, vel dominici apoſtolati, propter propinquitatem generis Chriſti, qui & generationem ejus docuerunt, ſecundum quod Evangeliorum veritas habet.

CAP. VI.

De Vindicta DEI *in Herodem.*

Igitur pro ſacrilegio, quod in Salvatorem, ejuſque coævos commiſerat, Herodem ultio divina mox perurget. Joſephus in XIIX. Antiquitatum Lib. *Incipit torqueri mirabili & miſerabili dolore, interius & exterius aduritur incendio, nimietate gulæ & aviditate cibi diſtenditur, pubetenus inflatur, circa verenda ſcatet vermibus.*